



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Illvstrivm Miracvlorvm Et Historiarvm Memorabilivm Lib. XII

Caesarius <Heisterbacensis>

Antverpiae, 1605

Qua similitudine electi dicantur membra Christi, cap. 40.

urn:nbn:de:hbz:466:1-13177

se est quem Iacob in somnis vidit innixum scalæ; angeli verò ascendentes, siue descendentes, sunt ceteri, vt dictum est, ordines ciuium cœlestium, descendentes nobis apparendo, & ascendentes se nostris visibus subtrahendo, ipsi enim sunt Christi corpus & membra. APOLLONIVS: Qua similitudine? CÆSARIVS: Similitudinem tibi dicam satis manifestam.

CAPVT XL.

Caput Christi, Deus; caput ecclesiæ Christus: Oculi Christi sunt angeli, semper faciem Patris videntes, auris eius Patriarchæ legem Dei audientes: nares Christi sunt Prophetæ, quæ futura erant procul odorantes: Os eius Apostoli, quæ ab ipso videntur & audierunt mundo prædicantes: Barba Christi sunt martyres, fortitudinem mentis, quam barba designat, in suis tormentis ostendentes: Vbera Christi sunt cõfessores, verbo & exemplo infirmos nutrientes: Venter eius, virgines & continentes, fructui carnis, castitatis amorem anteponeutes. De his sponsa dicit in Canticis canticorum dilecto: Venter eius eburneus distinctus saphiris. Ebur, quod frigidissimum est, designat virginitatē. Hyacinthus verò, qui aërei coloris est, perfectionem vidualem. APOLLONIVS: His non inutiliter præmissis, precor vt de singulis ordinibus, si quas nosti, subjungas visiones. CÆSARIVS: Hoc libens faciam, & hoc primò de angelis.

CAPVT XLI.

APOLLONIVS:

Quot sunt ordines angelorum? CÆSARIVS: Nouem, Angeli, Archangeli, Virtutes, Potestates, Principatus, Dominationes, Throni, Cherubin, & Seraphin. Dicuntur autem angeli, id est nuncij, quia diuinam voluntatem suggerēdo nobis nunciant. Quilibet homo habet angelum sibi à Deo deputatum ad custodiam ab hora natiuitatis vsque ad diem mortis, quorum ministerium quantum sit hominibus necessarium, quibusdā tibi pandā exemplis.

CA-

Gen. 28.

Qua similitudine sancti sunt Christi corpus & membra.

1. Cor. 11

Ephes. 5.

Mat. 18.

Cant. 5.

Ordines & officium Angelorum